

possimus dicere tali casu, non esse appellationem, qua possit quodlibet gravamen reparari, quia quoad id, integra manet appellandi permissio, sed tantum quoad executionem sententiae, quod est multum diversum, & nullum inconveniens, quominus appellatio ab ipsa interposita, definat reparare praecedens gravamen, prout probant manifeste Doctores supracitati pro parte negativa hujus questionis principalis, ubi quam plurimos retuli, hoc ipsum evidenter sentire, dum firmant quod ubi datur appellatio devolutiva, non dici gravamen irreparabile, per appellationem à diffinitiva, ut secus esse videatur, quando quoad utrumque effectum appellatio est prohibita. Vide quæ diximus supra, à n. 39. cum sequentibus, hoc cap.

84 Et hanc nostram opinionem fert Concilium Trident. sess. 13. de reform. c. 13. (quod haec non nunquam vidi ponderatum, nec etiam allegatum ad propositum,) quod postquam disposuerat, ut ne in causis criminalibus appelletur ab interlocutoriis, sequitur dicens (nisi gravamen hujusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit) qui Concil. Tridentin. locus intelligendus est, quando nullo modo appellatio potest à diffinitiva, nec quoad suspensum, nec quoad devolutivum: non tamen quando appellatio non suspendit effectum sententiae, & admittitur quoad devolutivum, quia tunc non potest dici, non posse appellari, ex his, quæ jam dicta sunt.

85 Et quoniam Concilium Trident. dixit (vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit) & ubi in jure, vel dispositione invenimus, appellari non posse; intelligere debemus de utroque effectu esse prohibitionem, tam devolutivo, quā suspensivo, simul & semel; non tamen suspensivo tantum, ita eleganter tener Decius in rubr. de appellat. num. 5. Rol. à Valle consilio 77. viso, num. 16. lib. 2. Abb. in cap. ad reprimendum, de officio ordinarii, quos referens sequitur Lancelot. Rob. de attenuat. 2. p. cap. 12. limit. 25. num. 29. & idem in eadem. 2. p. cap. 12. limit. 53. num. 58. & hoc idem non obscurè sentit Petrus Surdus decis. 36. num. 21. & 22. cum sequentibus, qui expresse loquitur, quando omnino denegatur appellationis recursus, ubi disputat, quid quando datur ad Principem supplicatio, quo casu ab emergentibus pariter dicit appellationem esse permit-86tendam, quia supplicatio pender à voluntate Principis, quod impossibile reputatur, juxta l. apud Julia. §. fin. de leg. 1. quis cum major. in prin. ff. de bonis l. quem omnino vide per totam decisionem; ergo de appellatione omnimodo & absoluto prohibita intelligendum est Concilium. Vide quod annotabimus infra, hoc cap.

Quod Tridentinum Concilium non sine mysterio id decidit in criminalibus causis, ut ex eo patet, in quibus quando appellatio prohibetur, raro, aut nunquam prohibetur, quod effectum suspensivum tantum, sed quoad utrumque simul, ut in duce seditionum, notorio crimino, convicto confeso, virginum rapore, & similibus intelligentibus.

Igitur in questione principali, duas sunt regulae con-93stituendæ. Prima regula sit, judicem Ecclesiasticum vim non facere, non deferentem appellationi emissam ab interlocutoria, lata super articulis incidentibus, vel emergentibus in causa, à cuius diffinitiva, seu negotio principali non admittitur appellatio quoad unum effectum, suspensivum scilicet, quam regulam admittas cum declarationibus suprapositis in primo distinctio-94nis membro questionis principalis. Secunda regula sit, judicem Ecclesiasticum vim evidentem facere, si negaverit, recusaverit, deferre appellationi ab interlocutoria, quovis alio gravamine, emissam in causæ prosecutione, à cuius diffinitiva nullo modo admittitur appellatio, nec quoad effectum suspensivum, nec etiam quoad devolutivum: quæ regula colligitur ex secundo membro distinctionis, præfatae questionis nostræ.

Et ad complementum, atque omnimodam perfec-95tionem nostræ resolutionis, illud debes annotare, quod inter nos, in quas item est sententias, alii ut in possessoriis de jure civili appellatio sit prohibita, quod suspensivum effectum duntaxat, alii vero dire-

Quo etiam sensu intelligendus est Ang. consil. 46. incip. viso punto, nu. 7. vers. licet autem, & consil. 188.

- et contrariam opinionem tenuere, ut scilicet; sit prohibita quoad utrumque effectum, & devolutivum, & suspensivum simul, quam magna Doctorum caterva fuit ampla, quorum nomenclaturam recensemus infra, 3. p. c. 12. vers. ultra quos banc, à num. 63. quam communem, & magis communem esse quamplures affirmarunt, de quo vide ibi: quæ opinione re tenta nihil mirum, ut nonnulli Doctores asseverassent, à sententia interlocutoria lata in possessorio appellationem habere utrumque effectum, ex eo moti, quia à diffinitiva prohibita extat (ut plurimi putarunt) quoad utrumque effectum, & sic hac opinione attenta, illi Doctores in nostra questione recte procedunt, & loqui dicendum erit, juxta ea quæ haec tenus dicta sunt, & quæ nos advertimus d. c. 12. in d. 3. p.

## C A P U T VII.

A sententia adversam qualitatem habente, alia quæ prohibet, alia appellationem permittens, si appellationi emissæ judex in totum non deferat: an violentiam facere dicatur; & quid quando una qualitas apponitur conditionaliter ad aliam, aut etiam successivè.

## S U M M A R I U M.

- 1 Appellatio à tota sententia an sit deferendum, quæ partim prohibet, partim permittit appellare.
- 2 Favor & odium ubi concurrunt, dispositio an centrifatur odiosa in totum.
- 3 Sententia, quæ partim prohibet appellationem, partim vero permittit, continet favorem, & odium.
- 4 Regula negativa, & permissiva ubi concurrunt, quæ sit sequenda.
- 5 Privilegii duobus concurrentibus, alio permissivo, alio prohibitorio, quid attendendum.
- 6 Obligationes duas ubi concurrunt in eadem persona, potentior alteram vincit, & perimit.
- 7 Negativum potentius est affirmativo.
- 8 Negatio plus negat, quam affirmat affirmatio.
- 9 Magis dignum trahit ad se minus dignum.
- 10 Negativa præcepta magis efficacius obligant, & adstringunt, quam affirmativa.
- 11 Qualitas potentior preponderat, & predominatur.
- 12 Res à potentiori denominatur.
- 13 Fendum ex gratia, & pecunia, si gratia præpondet pecunia, gratiosum dicitur.
- 14 Qualitatis virtus est, rei naturam immutare.
- 15 Eamque in diversam speciem convertit.
- 16 Qualitas adveniens enti, reponit illud in diversam naturam.
- 17 Qualitas formam ostendit.
- 18 Alienationis immobilium prohibitio, & mobilium permissio, si simul conjungantur, prohibitio ad se trahit permissionem.
- 19 Hæreditas, quid est universum, apta comprehendere mobilia, & immobilia.
- 20 Tuor an sine decreto possit alienare, & repudiare hæreditatem, que habet mobilia & immobilia.
- 21 Sententia est individua.
- 22 Sententia non potest pro parte valere, & pro parte non valere.
- 23 Res una non potest diverso jure censi.
- 24 Res una non potest contrarios effectus operari.
- 25 Causa dicitur criminalis, si pena pecuniaria applicatur fisico.
- 26 Prohibitione appellationis, & permissione simul in sententia concurrentibus, in totum esse appellationem prohibitam, qui censem.
- 27 & 28 Mixtura ratione appellatio multoties permititur à tota sententia.
- 29 Prohibitio appellationis, & permissione si in sententia concurrent, in totum esse deferendum, probatur, & seqq.
- Cap. super quæstio §. si vero de officio deleg. pondatur, ibid. & n. 122.
- 30 Clausula (appellatione remota) non transit in subdelegatum.
- 31 Compositum ex diversis speciebus non habens certam naturam quandoque recipit naturam unius, quandoque alterius assumit.
- 32 Qualitas naturalis, & accidentalis ubi concurrunt, illa haec trahit.
- 33 Pupillo, cui supervenit furor, non est dandus curator.
- 34 Appellationis permissione uti qualitas naturalis est cunctus causa.
- 35 Appellatione non esse permissionem in aliquo casu, qui asserit probare tenetur.
- 36 Favor, & odium quando simul concurrunt, an dispositio tota judicetur favorabilis.
- 37 L. 1. §. veteris, de acquir. possess. interpretatur.
- 38 Qualitas contraria ubi concurrunt, an attendatur potius permissiva.
- 39 & 40 Et quid si concurrant in diversis subjectis.
- 41 Statuto disponente non posse inquire contra advocationem, alio autem, quod contra militem inquiratur, si aliquis miles, & advocationis, an delinquens patitur inquisitionem.
- 42 Qualitas negativa appellationis, & permissiva ubi sint complicatae esse in utraque admittendam, qui tenentur.
- 43 Mixtura ratione in causa possessorio in totum admittitur appellatio.
- 44 Causa negativa, & permissiva appellationis concurrentes in sententia, an sit in totum deferendum, varie, & confusè loquuntur Doctores.
- 45 Qualitas negativa, & permissiva appellationis concurrentes circa idem inseparabile, in totum denegatur appellatio.
- 46 Qualitas diversitas affirmativa, & negativa appellationis concurrentes circa diversas sententias, & separabilia capitula, unaqueque suum effectum operatur.
- 47 & 49 Qualitas diversitas appellationis permissive, & prohibitive, quando circa idem concurrat, ut appellatio in totum admittatur, redduntur exempla.
- 50 Qualitates contrarias circa idem suos effectus operari, monstrorum est.
- 51 Res una circa seipsum non potest diverso jure censi.
- 52 Qualitas debilior cedit potentiori, ubi utraque concurrunt.
- 53 Sententia tot, quot capitula, & quando.
- 54 Retractus an locum habeant, ubi simul venduntur res immobiles.
- 55 Condemnatus ad salarium, & aliam rem, exequitur sententia pro salario, & non super re.
- 56 & 57 Appellatio à sententia respectu possessionis ex leg. fin. Cod. de edicto Divi Adri. non admittitur, respectu autem fructuum, & interesse sic.
- 58 Doctoris dicta debent intelligi secundum jura ab eo citata.
- 59 Fructuum, damni, aut interesse respectu sententia super possessorio non suspenditur per appellationem, sed respectu possessorio duntaxat.
- 60 Quæ opinio communis, & verior est.
- 61 S 4 62 Appel-

## 212 De Regia Protest. vi oppress. appell.

- 62 Appellationi à sententia respectu possessionis momentanea minime deferatur, licet respectu fructuum sic.  
 63 Quod extenditur etiam respectu fructuum futurorum, ut in exemplo.  
 64 Sententia tot sunt, quot causa, & capitula separabilia.  
 65 Stipulationes tot sunt, quot species separate.  
 66 Qualitas utraque prohibitiva, & permisiva appellationis operatur in suo capitulo sententia diverso.  
 67 Sententia potest pro parte valere, & pro parte non, ubi sunt plura capitula separata.  
 68 Summa ex diversis causis an coacerventur, ut faciant sententiam appellabilem.  
 69 Sententia tot sunt, quot summa ex diversis causis debita, ubi de exemplo.  
 70 Sententia tot sunt, quot annua pensiones, & distincte in petitione.  
 71 Statuto stante, ut banitus pro centum offendatur, an due cause diversa possint conjungi, ut faciant centum, & queat offendari.  
 72 Fructus, an interesse non computatur in sorte principali ut ascendat ad summam appellabilem, & commissibilem per Rotam.  
 73 Summa plures petita ex eadem causa, & obligatione simul coacervantur, ut ascendant ad summam appellabilem.  
 74 Utile non vitiat per inutile in rebus diversis.  
 75 Favor, & odium ubi concurrunt circa idem, an tota dispositio judicetur favorabilis.  
 76 Qualitas favorabilis, & odiosa qualitas concurrens circa separabilia, unaqueque sumum effectum operatur.  
 77 Dispositio una respiciens plures personas ex diversis capitibus, favorabilis, & odio/a extenditur, & restringitur juxta suum caput.  
 78 L. generaliter s. ff. de fidejus. interpretatur.  
 79 Illatio non sit a separatis, & diversis.  
 80 Communio differentiationem prestat, & pacem turbat.  
 81 Res eadem diversorum respectu potest diverso jure censeri.  
 82 Contraria possunt ex eadem re procedere ex diversis respectibus.  
 83 Causa eadem interdum est diversorum effectuum diversis rationibus.  
 84 Reprobare possumus, quod approbavimus diversis respectibus.  
 85 Damnum & præmiū potest quis consequi ex eodē facto.  
 86 Appellationi à sententia adversam qualitatem habente circa idem, non esse deferendum à neutra parte sententia, regula constituitur.  
 87 Appellationi à sententia adversam qualitatem habente circa diversa capitula, partim deferendum, & partim non, juxta uniuscuiusque qualitatis naturam; regula proponitur.  
 88 Mixtura super possessorio, & proprietate recipit in totum appellationem, & seqq.  
 89 Causa proprietatis absorbet, & supprimit causam possessionis.  
 90 Sententia denominatur à posteriori, cui magis incalscit.  
 91 Mixtura possessionis, & proprietatis in sententia, sive provenient ex natura possessorii, sive extrinsecis; quia permittit agi de proprietate; appellationem permittit in toto.  
 Possessionis causam quando absorbeat causa proprietatis, remissive, ibid.  
 92 Mixtura possessorii, & peritorii quatuor modis potest considerari.  
 93 Mixtura ut admittat appellationem, attenditur sententia dumaxat.  
 Mixtura qua contingit in sententia, tripliciter consideratur, ibid.  
 94 95 & 96 Sententia lata in possessorio pro actore turbato, & super proprietate pro reo illa sententia possessorii sit exequenda, & quid in profanis.  
 97 & 98 Sententia in beneficialibus lata super possessorio, pro actore turbato, & super peritorio pro reo si super utroq; est actū an sēcētia super possessorio sit exequēda.  
 99 & 100 Sententia lata pro reo turbante super possessorio, & pro actore super peritorio; an sententia super possessorio sit exequenda.  
 101 Qualitatē diversitas prohibitiva, & permisiva appellationis si cocurrit circa principale, & accessoriū, attingit causa principalis, a qua regulatur accessoriū.  
 102 Sententia lata super principali, & fructibus rei, si res non recipiat appellationem, nec fructus, ant intereste, ibidem.  
 103 Appellatio prohibita super principali intelligitur etiā prohibita super accessoriū contento in eadem sententia.  
 104 Articulus incidentis regulatur juxta naturam principali cause.  
 105 Mixtura possessorii, & peritorii recipit appellationem, quia peritorum utrius majus ad se tradit possessorium.  
 106 Possessorium venit accessoriū ad causam proprietatis ubi simul tractantur.  
 107 Mixtura non operatur permissionem appellationis, quando peritorum incidenter tractatur in possessorio.  
 108 Titulus, ut dominum quando limitate deducitur ad possessoris justificationem tantum, appellatio non suspendit possessorium.  
 109 Mixtum non dicitur possessorium sed merum, quando titulus deducitur ad justificationem ejus.  
 110 Petitorum intentare alind est, alind vero possessorii justificare cum titulo, ubi cause natura ita postulat.  
 111 Mixtura ratio cessat, ubi nullitas accessoriū continetur in sententia.  
 112 Appellabilitas pendet ab eo quod principaliter agitur non ab accessoriū.  
 113 Principaliter quod agitur, semper attenditur, non quod sit accessoriū, & consecutivē.  
 114 Liquidationis articulus vestitur natura execuivi iudicii, cui incidit.  
 115 Accessoriū causa non debet mutare naturam principali, sed è converso.  
 116 Prohibito aliquo, prohibentur omnia, per qua pervenitur ad illud.  
 117 De accessoriis idem est iudicium, quod de principali etiam in iis, quae sunt stricti juris.  
 118 Fructus in possessorio, quo non veniunt, ut in leg. fin. Cod. de edito Divi Adri. facta condemnatio veniunt èquè principaliter, non accessoriū.  
 119 Frustrum suapte natura exigunt interdicta.  
 120 Et in iis fructus veniunt accessoriū.  
 121 Fructus sequuntur naturam iudicij possessorii, quando veniunt accessoriū ad illud.  
 Frustrum à condamnatione non suspendit appellatio possessorio, quando in diversis capituli sunt appositi, ib.  
 122 Cap. super quæstionum. s. si vero, de officio delegati. interpretatur, & seqq.  
 123 Permittitur appellatio, quando cum judice à quo non potest appellari, simul judicatur alter, à quo appellatur.  
 124 & 125 Ab alimentorum sententia continentie excessivam taxationem, an appetatur, remissive.  
 126 Liquidum sententie, aut instrumenti garantigati exequitur suspenso illiquid.  
 127 128 & 129 Tertius, cuius exceptions jure regio examinantur in via ordinaria, an possit impedire appellans executionem sententia de remate late, non obstantibus tertii oppositionibus.  
 130 Qualitatē diversitas concurrens circa diversas personas, operatur unaqueque juxta suam naturam.  
 131 Sententia additionis lata contra debitorem, executio suspenditur respectu tertii oppositoris, qui ab ea appellatur.  
 132 Qualitatē diversitas prohibitiva, & permisiva appellationis concurrens successivē, quae sit attendenda.

Exhibendi

## Pars II. Cap.VII.

213

- Exhibendi sententia non recipit appellationem, ibid.  
 133 Subrogatum sortitur naturam ejus, in cuius locum subrogatur.  
 134 Sententia subrogari in locum ejus, à cuius sententia non appellatur, an recipiat appellationem.  
 135 Stipulatio ad aliquid faciendum, est individua.  
 136 Subdelegatus à delegato cum clausula (appellatione remota) non potest cum eadem clausula procedere.  
 137 Stipulatio, navem facere promitto, & si non fecero, centum, duas stipulariones sint.  
 138 Qualitas appellationis apposita conditionaliter ad aliam diversa dicitur, tamen una ab altera dependens, pura prior, conditionalis secunda.  
 139 Qualitas priori opposita conditionaliter in sententia non purificata, sola secunda remanet in sententia, que sola attenditur.  
 140 Causa perempta qualitas ei injuncta non subsistit.  
 141 Sententia ita concepta, (si non exhibeat, tot solvat) est conditio protestativa, cuius defectus per appellationem manifestatur.  
 142 Qualitas, quae ob defectum conditionis sola remanet in sententia; attenditur quoad prohibitionem, vel admissionem appellationis.  
 Natura ejus alternativa, quod solum remanet in dispositione; attenditur, ibid.  
 143 Peritorum absorbens possessorium attenditur ad affectum appellandi.  
 144 Qualitates diversa apposita in sententia, operature una post alteram, diversis temporibus, & respectibus attenduntur, & operantur.  
 145 Sententia, qua missio in possessionem ex lege fin. datur, additurque, ut ea apprehensa pro indiviso fiat partitio inter coheredes, non dicitur mixturam continere.  
 146 Judex non potest esse subrogatus, qui principaliter non potest esse.  
 147 Subrogat ut idem sit ius, requiritur paritas rationis, in utroque.  
 148 & 149 Exhibere condemnatus, & in defectum iuratur in item, potest appellare.  
 150 Sententia an possit exequi pro pena apposita in casu non partitionis.  
 151 Pena corporalis commutatio ob defectum pecuniarie, an sī exequenda.  
 152 Pena commutatio ob defectum pecuniarie quando sit facienda.  
 153 Qualitas que remanet in sententia, exequitur qualis illa sit, si sententia sit transacta in rem judicatam.  
 154 Sententia ad centum; que si non solvat intra mensum, condemnat ad tritemes, transacto termino fieri executio in pena corporali.  
 155 Qualitas diversitas, seu mixtura circa admissibilitatem appellationis apposita in libello non attenditur, sed in sententia.  
 156 A sententia data super possessorio non appellatur, licet actum fuerit simul de peritorio.  
 157 Possessorium recuperande duntaxat si sit intentatum, & iudex pronuntiet super l. si quis in tantam, licet appellari.  
 158 Qualitas extra sententiam attenditur, quando lata sit simpliciter super remedio possessorio habente indicibiliter causam proprietatis annexam.  
 159 Sententia lata generaliter restringitur ad prosequit.  
 160 Sententia in possessorio regulariter à petitione, quando potest recipere petitionem juxta formam libelli.  
 161 Qualitas sententie non attenditur, quando appellatione semel fuit facta appellabilis.  
 162 Doctores vix tangent questionem, an si appellantum à sententia continentie diversam qualitatem generatiter, sed specialiter tantum in uno, articulo, scilicet, mixtura possessorii, & peritorii.

Quartus & huic parti proderit, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, text. in cap. per inas, cap. contingit,